Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum

[S.l., Mainz], 1523

Qvemadovm sepvltvrae ius quibusdam mortuorum cadaueribus, magno sit aere redimendum

urn:nbn:de:bsz:31-114121

Visual Library

QVO PACTO PARROCHI, A SVIS PARrochialibus ſubditis, ubi domicilium mutare uoluerint, pecunias emulgeant.

ITem, ſicubi curatæ eccleſiæ ſubditus domicilium matrimonij, ſeu alterius cuiuſpiam negocij cauſſa, in aliam tranſferre parrochiam, animo ſecum uolutat, non prius migrandi licentiam a parrocho impetrat, quàm ubi pro teſtimonialibus literis aureum numerauerit nummum: quem ſi ſoluere uel nolit, uel ægeſtate preſſus, non poſſit, ſacramentorum interdicto, donec ſatiſfecerit, mulctatur. Ex hoc itaq;, ac cæteris ſupratactis oneribus & grauaminibus facile depræhenditur, mirumq; in modum emicat, quod omnia Ro. Eccleſiæ ſacramenta ijs, qui opibus abūdant, auro uenalia ſunt: reliquis uero quibus minimum ſuppetit nummorum, & iniquus eſt Plutus: ille diuiciarū deus: non imparciuntur, ſed penitus denegantur.

QVEMADMODVM SEPVLTVRAE ius quibuſdam mortuorum cadaueribus, magno ſit ære redimendum.

PApalibus ſtatutum eſt canonibus, ut ijs duntaxat publici iuris eccleſiaſtica denegetur ſepultura, quos manifeſtis & plane notorijs, mortalibus. ut uocāt, peccatis, ex communi hac mortalium ſorte, abſq; dominici corporis, ſanguiniſue participatione migraſſe compertum ſiet. Verum eccleſiaſtici nō animaduerſis talibus Pontificum decretis, forte fortuna, aqua ſuffocatos, gladio, ruina, uel incendio occiſos, iugulatos, atq; uita caſu functos, etiamſi non pateat, peccatis mortalibus obnoxij deceſſerint, necne, in eccleſiaſticam tumulare ſepulturam, non permittūt quouſq; tam iniquo fato de mortuorum uxores, liberi, amiciue, ab ipſis cemiterium non modico ære comparauerint.

VT PLE-

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg